septimana in bonis Zarzeckie divisioni subiectis posuisse et publicasse recognovit.
Memorata pars Actorea suprascriptam Citatam nominatam partem ad officium praesens
Castrense Capitaneale Branscense per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Brozenski
iuridice clamatam et non comparentem in lucro suo pro toto ex Regestri ordine ac
admissione officii praesentis Iudicialiter Condemnavit. Et Officium praesens Castrense Capi
taneale Branscense. Visa et Considerata Citatae clamatae et non comparentis Contumacia et teneri
tate iuris Communi et partis Actoreae affectione ac Contentis Citationis inhaerendo
decrevit ut Citata pars cum Actorea divisionem bonorum Controversorum per
amicos ex utraque parte binos geometram ac Ministerialem cum Nobilibus duobus faciat
peragat et determinet. sub Vadio Capitaneali Centum Viginti Marcarum pollonicalium prae
sentibus interposito.

Kamienski **Lucrum**

super Citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscensem tenoris talis Franciscus Joannes in Szto
ków Teśnowolski Branscensis Capitaneus Vigore Regio et nostra Capitaneali auctoritate Tibi
Nobili Martiano olim Petri Kamienski de Kamienskie Ociorski heredi de eisdem
ac alijs omnibus bonis tuis mobilibus et immobilibus mandamus ut Coram officio nostro Capitaneali
in Terminis Querelarum ac Causarum officij Capitanealis Castrensis in Curia Regia Branscensi
Feria secunda prius et proxime post datam et positionem praesentis citationis personaliter et pere
mptorie compareas. Ad Instantiam Nobilis Andreae olim Alberti Klimuński Soceri
tui Actoris qui te citat ad instantiam Terrestrem Zarazensem Quamediante submissi
one te et de omnibus bonis tuis inscripsisti ...... residualitati dotis post Nobilem
Zophiam Kamienska sororem tuam et conthoralem Actoris contractae summam octodecem
Florenorum polonicalium certi veri et liquidi debiti tam et inscriptam triennalem pollicens
agrum et quaque pro tempore certo in inscriptione expresso cum pretio sub
simili vadio parata pecunia dare solvere et res praemissas restituere sumi
simili ...... contra hanc eandem nec vadium in eadem inscriptione appositum pre
...... ob praefatam summam non solvisti nec res praefatas restituisti super quod in ba
endo praefatam ...... pro quo super te et bonis tuis omnibus decernendo
di...... simile ...... et restitutione rerum praefatarum Citaris Iudi
cialiter his Terminis attentaturus et responsurus. Datum in Curia Regia Branscensi
Feria secunda post Festum Sancti Egidij abbatis proxima Anno Domini Millesimo
sexcentesimo quinquagesimo Octavo. Cuius Citationis Copiam Sigillatam Ministerialis Regni
Generalis Providus Joannes Stefan ab una integra ante Terminum praesentem septi
mana in bonis Kamienskie Ociorskie citati propriis posuisse et publicasse recognovit
Memoratus Actor suprascriptum Citatum ad officium praesens Castrense Capitaneale
Branscense per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Brozenski iuridice clamatum
et non comparentem in lucro suo pro toto ex Regestri ordine ac admissione offi
cij praesentis Iudicialiter et officium praesens Condemnavit Condemnatque

Kostro **Dulaski** **Lucrum**

super Citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscensem tenoris talis Franciscus Jo
annes Teśnowolski Branscensis Capitaneus Vobis Nobilibus Dorotheae filiae olim Nobilis
Mathiae Orzech Kostro de Dulaze consorti Nobilis Floriani Chodowski
Hedwigi filiae olim Mathiae ...... Dulaski conthorali Nobilis Mathiae ......
.... Zophiae filiae olim eiusdem Mathiae Kostro Dulaski conthorali Nobilis
Raphaelis Zebrowski Joanni et Pauli Joannis olim Mathiae Kostro Dulaski
Joanni Alberto olim Philippi Kijanski in Kostry Orzechowizna ......
..... heredibus et possessoribus ex eisdem bonis vestris Vigore Regio et nostra Capitaneali
auctoritate mandamus ut in Terminis Querelarum ac Causarum officij Capit
Castrensis Branscensis feria secunda quae prius post datam praesentis citationis
in Curia Regia